UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

exportan.& in l.fin.C.de reuocan.don.in l.omni modo,C.de inoſ-
fic.teſta.quod notatur in l. Pomponius ſcribit, ſi frumentum. in.§.
fin.ff.de rei vendi.

17 Limita decimoſeptimo, ſi aduerſarius in præparamentis tãtum impendit quantum habuit, vel plus, ab actore. Vt in d.l. ſi pecuniã, in fine principii.

REGVLA CXII.

CONDITIO, quæ in ſe infert viduitatẽ, nõ eſt ſeruãda: & ideo ſi teſtator dicat, relinquo Seiæ fundum ſi nupſerit arbitratu Titij, ſi viuo Titio nupſerit Seia ſine eius arbitrio, nihilominus debet habere legatum. Hanc regulam probat tex. in l. turpia. §. ſi Titiæ legatum. ff. de lega. j. & in l. filiæ. ff. de conditio. & demonſtra. & in l. cum tale legatum. in §. reſcriptum eſt. ff. eodem titulo. Hanc regulam ponit Bernard. de Luco in regula 124. cum duabus limitationibus.

Amplia duodecim modis, vt per Emanuelem a Coſta Luſitanũ, in d. §. reſcriptum eſt, a pag. 1. vſque ad pag. 58. & limitat aliis 12. modis a pagina 58. vſque ad paginam 116.

REGVLA CXIII.

COMBVRI in quibus caſibus quis debeat, ponit quindecim Alber. Gandinus in tract. malefici. in ti. de pœnis reorum. nu. 57. quos caſus ponit Salice. in l. j. C. de nili aggeri. non rumpen. Et decẽ & ſex caſus ponit Chaſſa. in conſue. Burgund. in rubr. j. in titu. {Des iuſtices}. §. 5. folio 46. col. 3. nu. 1. & duodecim caſus ponit Ioa. Paponis in commento ad conſue. Borboniæ: in tit. j. de iuriſdictione. §. 2. pagina 7. & 8.

Adde alium caſum vltra omnes in crimine Sodomiæ, nam licet
2. de iure mori debeãt. Auth en. vt nõ luxurien. hom. contra naturam. in. §. præcipimus. colla. 6. & l. fœdiſsimã. & l. cum vir nubit in fœminam, C. de adulter. & in l. eiuſdem. in. §. qui hominem libidinis cauſa caſtrauerit, ff. de ſicariis, iuncta l. j. C. de eunuch. & in c. adulterii. xxxij. quæſtio. vii. & Leuitici xx. cap. & in l. j. & ij. tit. xxj. parte vii. & in l. ij. tit. ix. lib. 4. fori. & ita tenet Chaſſaneus in conſue. Burgun. rubri. j. in princ. nu. 56. fol. 17. col. 4. Et de deteſtatione huius criminis vide Matthęum de Afflict. in conſtitutio. Neapolita. lib. 3. rubri. 42. nu. 3. Hippol. in conſil. xxviij. nu. 4. & 5.

Hodie tamen non ſolum debent mori, verum etiam comburi, vt in Pragmatica lxxxv. in volumine Pragmaticarum: de qua pragmatica facit mentionẽ Cæſar Lambertinus in tracta. iuris patrona. in prima parte 2. libri, in articulo xviij. ix. quęſtio. principali. nu. 16. & 17. folio 245. vbi per totum illum articulum tractat materiam illius Pragmatica.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN